MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS III)

1. Drittel 13. Jh. Seite 176r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=32271
Copyright: Lilienfeld, Zisterzienserstift

culturam ad tuam magnitudinem et honorem operum tuorum assump-
sisti. et de principali potestate liberasti. Benedictus es qui boni gregis
tui ovem eripuisti. et idonea mente in tua virtute confirmasti.
Benedictus es qui tantorum bonorum thesaurum subito mihi largitus es
et studium virtutis tue per filium tuum Christum mihi induxisti. Benedictus es qui
fortem athletam tuum venatorem sermonis educasti. et aculeum
diaboli infirmasti. Tuum domine aptam gratiam exhibe. sicut per-
mittere dignatus es diligentibus te. Hec exoravit beatissimus
alexander. et post orationem aspiciens in celum commendavit spiritum suum
dicens. In manus tuas domine commendo spiritum meum. et inclinavit caput.
Implens autem precepta regis minister. amputavit caput eius. De-
inde veniens post aliquot dies quedam matrona castissi-
ma nomine grata. collegit corpus eius gratando. et posuit illud in
prediolo suo non longe ab ipso muro civitatis bergomensis.
Passus est autem beatissimus dei martyr alexander vii. Kal. Sept. sub max-
imiano imperatore. regnante et imperante domino nostro i. x. cum pa-
tre et s. s. in s. s. amen. Passio Rufi martyris. die vi. Kal. Sept.

Beati Rufi martyris in capua celebratur natalis
et dies festus cunctis est admirandus. hunc ergo mire sancti-
tatis virum docuit et baptizavit beatus apollinaris
petri apostoli discipulus cum esset idem rufus patricie dignitatis. Ve-
nerantur preterea eodem die sancti martyres thomis civitate sollempniter
et eorum annua perpetue laude tripudiantes dominum collaudantes.
Quorum nomina hec sunt. Marcellinus tribunus et uxor mannea. et filius
iohannes seraphion clericus et petrus miles. hii ergo premia eterne
sortiti sunt vite. qui non dubitaverunt mori pro fide. Relato quoque gal-
liis civitate sancti cesarei episcopi et confessoris. mire sanctitatis et
studii celebratur sollempnitas. et famosa continetur sanctitas. Au-
gustidunum in quo beati et gloriosi siagrii episcopi et confessoris vene-
randa continet ossa. eius cottidie precum et intuentionum optinet
dona. De duobus pueris. Eodem die.

Temporibus daciani tiranni cum persecutionem maxi-
mam excitasset in sanctos. beati parvuli iustus et pastor sponte
se ei obtulere presencie. martyrii cupientes decorari agone.
Quorum constantiam cum advertisset tirannus. et audisset eos teneri
corporis. timens ne dum eos ad interrogandum ad eius presenciam per-
duxisset. aliorum etiam instantium ad confessionem Christi animos prepararet.
Et dum adversus eos prevalere non posset; et erubesceret se ab infantibus
superari

Cumque comprehensi fuissent prius quam supplicium paterentur sic
sibi martyres aspirante angelo leti. invicem se confortabant.
Ait ergo iustus. Noli frater pastor hanc temporalem pertimescere
passionem. noli propter cedentium ictus in tuo tenerrimo cor-
pore dubitare. noli incumbentem gladium. quia si annuente
te domino ihesu Christo contigit nos ad ipsius gloriam properare. dig-
niorem in futuro seculo eius suscipiemus misericordiam. qui iam non
minuit parvitatem. sed ad felectionem martyrum nos est vocare
dignatus. Cui sanctissimus pastor etc. Digne te frater iuste sic de-
cet orare. ut iustitiam quam in nomine tuo portas simul cum
tuo fratre pastore suscipias. leve enim sit nobis pro confessione
domini nostri ihesu Christi corpuscula iugulari. et sanguinem fundi.
ut in celesti sacrario tempus postquam sanguinem fundimus adorare
mereamur. Nec iam parcamus etati. sed celeriter et promptius ad
celorum ipso ducente culmina properemus. postquam tormentorum sevitiam
sustinemus. At vero illos violenti videntes talia col-
loquentes. nuntiaverunt diocleciano quod de eis perpetrasset quos au-
dierant sic se pro nomine domini audacter invicem consolantes. Qui
iussit eos statim procul a civitate gladio trucidari. Cumque
producti fuissent in campo laudabili. sacrum capitis obtrun-
catione compleverunt martyrium. Quorum beata corpora in eodem loco quo fu-
erant decollati posita sunt. Passio s. Hermetis martyris. die v. Kal. Sept.

Hermetem illustrissimum virum beatus alexander
pontifex et martyr. cum esset prefectus urbis rome baptiza-
vit cum uxore et filiis ac sorore theodora. et cum eo mille
ducentos l. servos eius. uxores quoque et filios eorum. post ingenuitate illi
concessa. Non multo post ab aureliano imperatore [illegible] in carceri-
bus et alexandro in custodia posito tribuno quirino commendatur.
Qui dixit ad beatum hermen. Que ratio est ut vir illustris vicem
sacre iudicans. non solum ad istam iniuriam te redigi velis. verum
et sub prefecture honore [illegible] tanquam privatum inhonorari
te equanimiter feras. Sanctus hermes ait. Ego prefecturam non perdidi
sed mutavi. Terrena dignitas terrena a terris colitur ac mutatur.
dignitas vero celestis eterna sublimitate subsistit. Dicit ei qui-
rinus. Miror te prudentem virum ad tantam stulticiam deve-
nisse. ut credas te extra istam vitam aliquid habiturum. postquam
cineres humani corporis ita ad nichilum redigantur ut nec
ipsa ossa subsistant. Cui beatus hermes etc. Et ego ante hos